

suo, * & sublimabit cornu Christi sui.

Antiphona. Dominus iudicabit fines terræ.

Antiphona. Celi calorū laudate Deum. **Psalmus.**

Laudate Dominum de caelis. 20.

Capitulum. Rom. 13. d.
Nox præcessit, dies autem appropinquavit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur armalucis: sicut in die honestè ambulēmus.

Hymnus.

Nox, & tenebræ, & nūbila,

Confusio mundi, & turbida:
Lux intrat: albescit polus:
Christus venit: discedite.

Caligo terræ scinditur,
Percussa solis spicula,

Rebusque jam color redit,
Vultu nitentis sideris.

Te, Christe, solum nōvimus:
Te mente pura, & simplici,

Flendo, & canendo, quæsumus,

Intende nostris sensibus.

Sunt multa lucis illicia,
Que luce purgētur tua:

Que vera lux caelēstium
Vultu sereno illuminā.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paracīto,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

Repleti sumus manè misericordia tua. Exultavimus, & delectati sumus.

Ad benedictus. Antiphona.
De manu omnium qui odērunt nos, libera nos Dōmine.

Præces, quando dicuntur, habentur supra in secunda Feria. 62.

FERIA QUINTA

Ad Matutinum.

In vitatorum. Dōminum qui fecit nos, Venite adorēmus. Psalmus. Venite, exultēmus. 2.

Hymnus.

Nox atra rerum cōnregit

Terræ colōres omnium
Nos confitētes pōscimus
Te, juste iudex cordium:
Ut auferas piacula,
Sordesque mentis ablus;
Donesque, Christe, grātia,

Ut arcēantur crimina.
Mens ecce torpet impia;
Quam culpa mordet nōxia:
Obscura gestit tollere,
Et te, Redemptor, querere.

Repelle tu canginem
Intrinsicus quam maxime,
Ut in beato gaudeat
Se collocari lumine.

Paxta, Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paracīto,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Antiphona. Dōmine Deus.

Psalmus 68.

Salvum me fac Deus: quoniam intraverunt aque usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundū: * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: * & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, raucae facte sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui odērunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me: inimici mei iniuste: * quæ non rapui, tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam: * & delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me, qui expēctant te Dōmine, * Dōmine virtutum.

Non confundantur super me: * qui querunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comēdit me: * & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jesuio animam meam: * & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * & factus sum illis in parabolam.

Aversum me loquebātur qui sedebant in porta: * & in me psalēbant qui bibēbant vinum.

Ego vero orationem meam ad te Dōmine: * tempus beneplacitū Deus.

In multitudine misericordie tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ:

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab iis qui odērunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: * neque urgeat super me puteus ossuum.

Exaudi me Dōmine, quoniam benigna est misericordia tua: * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam a piero tuo: * quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, & libera eam, * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * improperium expectavit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: * & qui consolaretur, & non invenii.

Et dederunt in escam meam fel: * & in siti mea potaverunt me acetum.

Fiat mensa eorum coram ipsis in liquorem, * & in retributiones, & in scandalum.

Obscurerunt oculi eorum ne videant: * & dorsum eorum semper incurva.

Est flūde super eos iram tuam: * & furor ira tua comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: * & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: * & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: * & non intrent in iustitiam tuam.

Delectantur de libro viventium: * & cum iustis non scribentur.

Ego sum pauper & dolens: * salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum canticis: * & magnificabo eum in laude:

Et placebit Deo super vitulum novellum: * cornua productionem & unguas.

Videant pauperes, & latentur: * quaerite Deum, & vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus: * & vinculos suos non despicit.

Laudent illum caeli & terra, *

mare, & omnia reptilia in eis. Quoniam Deus salvam faciet Sion: * & edificabunt civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * & hereditate acquirunt eam.

Et semen servorum ejus possidebit eam: * & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum intende: * Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur, & reverentur, * qui quarunt animam meam:

Avertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala:

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & latentur in te omnes qui quarunt te, * & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: * Deus adjuva me.

Adjuvor meus, & liberator meus es tu: * Domine ne moreris.

Antiphona. Domine Deus in adiutorium meum intende.

Antiphona. Esto mihi.

Psalmus 70.

Ne te Domine speravi non confundar in aeternum: * in iustitia tua libera me, & eripe me.

In-

Inclina ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum nuntium: * ut salvum me facias.

Quoniam firmanentum meum, * & reliquium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: * & de manu contra legem agentis, & iniqui:

Quoniam tu es patientia mea Domine: * Domine spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex utero: * de ventre matris meae tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: * tanquam prodigium factus sum multis: & tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: * tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis: * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: * & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum,

Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: * Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur & deficiant detrahentes anime meae: * operantur confusione & pudore, qui quaerunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo: * & adjuvium super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iustitiam tuam: * tota die salutem tuam.

Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini: * Domine memorabor iustitiae tuae solius.

Deus docuisti me a juventute mea: * & usque tunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam & senium: * Deus ne derelinquas me.

Donec annuntiaem brachium tuum * generationi omni, quae ventura est:

Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus usque in altissima, quae fecisti magna: * Deus quis similis tibi?

Quanta ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conversus vivificasti me: * & de abyssis terrae iterum reduxisti me:

Multiplicasti magnificentiam tuam: * & conversus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: * Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

Exul-

Exultabunt labia mea cum cantaverō tibi: * & anima mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: * cum confusi & revertenti fuerint, qui querunt mala mihi.

Psalmus 71.

Deus iudicium tuum regi da: * & iustitiam tuam filio regis:

Iudicare populum tuum in iustitia, * & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: * & colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum: * & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, & ante lunam, * in generatione & generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus: * & sicut stillicidia stillantia super terram.

Quietor in diebus eius iustitiae, & abundantia pacis: * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare: * & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo prouident Aethiopes: * & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis & insulae munera offerent: * reges Arabum & Saba dona adducent;

Et adorabunt eum omnes reges terrae: * omnes Gentes seruient ei:

Quia liberabit pauperem a potente: * & pauperem, cui non erat adiutor.

Parceat pauperi & inopi: * & animas pauperum salvas faciat.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum: * & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiae, & adorabunt de ipso semper: * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium,

superexaltetur super Libanum fructus ejus: * & florebit de civitate sicut focum terra.

Sicut nomen ejus benedictum in saecula: * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae: * omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia solus:

Et benedictum nomen maiestatis ejus in aeternum: * & replebitur maiestate ejus omnis terra, fiat, fiat.

Antiphona. Esto mihi Domine in Deum protectorem.

Antiphona. Liberasti vitagau.

Psal-

Psalmus 71.

Quam bonus Israel Deus: * his, qui recto sunt corde!

Mei autem pene moti sunt pedes: * pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, * pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum: * & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sint, * & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia, * operati sunt iniquitate & impietate sua.

Prodit quasi ex aspe iniquitas eorum: * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: * iniquitatem in excelsis locuti sunt.

Pesceverunt in caelum os suum: * & lingua eorum transiit in terra.

Ideo convertetur populus meus hic: * & dies pleni inveniuntur in eis.

Et dixerunt: Quomodo scit Deus, * & si est scientia in excelsis?

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in saeculo, obtinuerunt divitias.

Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, * & lavi inter innocentes manus meas:

Et fui flagellatus tota die, * & castigatio mea in matutinis.

Si dicbam: Narrabo sic: * ecce nationem filiorum tuorum reprobovi.

Existimabam ut cognoscerem hoc, * labor est ante me:

Donec intrem in sanctuarium Dei: * & intelligam in novissimis eorum.

Veritatem propter dolos posuisti eis: * deieceris eos dum alleverantur.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt: * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: * & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut iumentum factus sum apud te: * & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me: * & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in caelo? * & a te quid volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.

Quia

Quia ecce, qui elongant se à te, periciunt: * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adherere Deo bonum est: * ponere in Domino Deo spem meam: Ut annuntiet omnes predicationes tuas, * in portis filii Sion.

Psalmus 75.

Ut quid Deus repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ, * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Læva manus tuas in superbias eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto!

Et gloriati sunt qui oderunt te: * in medio solennitatis tuæ.

Posterunt signa sua, signa: * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt janias ejus in idipsum: * in securi & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum: * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognitio eorum simul: * quies-

cere faciâmus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta: * & nos non cognoscerit am-pius.

Utsquequò Deus improperabit inimicus: * irrat ad-versarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante secula: * operatus est salubrem in medio terre.

Tu confirmasti in virtute tua mare: * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: * dedisti eum escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrentes: * tu siccasti fluvios Æthan.

Tuus est dies, & tua est nox: * tu fabricatus es aurorum & solem.

Tu fecisti omnes terminos terre: * æstatem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino: * & populus insipiens incitavit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, * & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum: * quia repleti sunt, qui

qui obsecrati sunt terra dô-mibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus, * pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, judica causam tuam: * memor esto improperiorum tuorum, eorum que ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Antiphona. Liberasti virgam hereditatis tuæ.

Antiphona. Et invocabimus.

Psalmus 74.

Confitebimur tibi Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: * cum accipero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: * & delinquentibus: Nolite exaltare corpus.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, & hunc exultat: * quia calix in manu

Domini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: veritatum sax ejus non est exinanita: * bibent omnes peccatores terre.

Et ego autem annuntiabo in seculum: * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: * & exaltabuntur cornua just.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit potentias arcuum, * scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Derormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob: * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi: * ex tunc ira tua.

De celo auditum fecisti judicium: * terra tremuit & quievit.

Cum exurgeret in judicium Deus: * ut salvos faceret omnes mansuetos terre.

Q. NÓ-

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * & reliquie cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro: * omnes qui in circuitu ejus afferis munera.

Terribili & ei qui auferit spiritum principum: * terribili apud reges terrarum.

Antiphona. Et invocabimus nomen tuum Domine.

Antiphona. Tu es Deus.

Psalmus 76.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis mee Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: * & non sum decipus.

Renovit consolari anima mea, * memor sui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: * turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: * & annos aeternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * & exercitabar, & scopobam spiritum meum.

Nunquid in aeternum proficiet Deus: * aut non apponet ut complacior sit adhuc?

A ut in finem misericordiam suam abscondet: * a generatione in generationem?

A ut obliviscetur misereri Deus: * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, Nunc coepi: * hac mutatio dextera Excelsi.

Memor fui operum Domini: * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: * & in adventionibus tuis exercabor.

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam: * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joseph.

Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae: * & timeverunt, & turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Et enim sagitta tua transierunt: * vox tonitru tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae: * commota est, & contrituit terra.

In mari via tua, & seminare in aquis multas: * & vestigia tua non cognoscuntur.

Dedu-

De luxuriis sicut oves populum tuum: * in manu Moysi & Aaron.

Psalmus 77.

Attendite popule meus legem meam: * inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: * loquar propositiones ab initio.

Quanta audivimus, & cognovimus ea: * & patres nostri narraverunt nobis?

Non sunt occultata a filiis eorum, * in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, * & mirabilia ejus quae fecit.

Et suscitavit testimonium in Jacob: * & legem posuit in Israel.

Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis: * ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascentur, & exurgent: * & narrabunt filiis suis:

Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operum Dei: * & mandata ejus exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum, * generatio prava & exasperans:

Generatio, quae non direxit cor suum: * & non est creatus cum Deo spiritus ejus.

Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: * conversi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum Dei: * & in lege ejus noluerunt ambulare.

Et oblitii sunt beneficiorum ejus, * & mirabilium ejus, quae ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Egypti, * in campo Thebaeos.

Interrupit mare, & perduxit eos: * & statuit aquas quasi in utroque.

Et deduxit eos in nube diei: * & tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in eremo: * & adaequavit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: * & deduxit tamquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei: * in iram excitaverunt Excelsum in in-aquoso.

Et tentaverunt Deum in cordibus suis, * ut peterent eas animabus suis.

Et male locuti sunt de Deo: * dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquae, * & torrentes inundaverunt.

Numquid & panem poterit dare, * aut parare mensam populo suo?

I deo

ideo audivit Dominus, & distulit: * & ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel:

Quia non crediderunt in Deo, * nec speraverunt in salutari ejus:

Et mandavit nubibus desuper, * & januas celi aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum, * & panem celi dedit eis.

Panem Angelorum manducavit homo: * cibaria misit eis in abundantia.

Transiit Austrum de celo: * & induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes: * & sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum: * circa tabernacula eorum.

Et manducaverunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: * non sunt fraudati a desiderio suo.

Ahuc esca eorum erant in ore ipsorum * & ira Dei ascendit super eos:

Et occidit pingues eorum, * & electos Israel impedivit.

In omnibus his peccaverunt adhuc: * & non crediderunt in mirabilibus ejus.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: * & anni eorum cum festinatione.

Quia occideret eos, querebant eum: * & revertentur, & diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: * & Deus excelsus redemptor eorum est.

Et dileverunt eum in ore suo, * & lingua sua mentisunt ei:

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: * nec fideles habiti sunt in testamento ejus:

ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: * & non disperdet eos.

Et abundavit ut averteret iram suam: * & non accendit omnem iram suam:

Et recordatus est quia caro sunt: * spiritus vadens, & non rediens.

Quoties exacerbaverunt eum in deserto, * in iram concitaverunt eum in iniquo?

Et conversi sunt, & tentaverunt Deum: * & sanctum Israel exacerbaverunt.

Non sunt recordati manus ejus, * die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in Agypto signa sua, * & prodigia sua in campo Taneos.

Et convertit in sanguinem flumina eorum: * & imbres eorum, ne biberent.

M i

Misit in eos coenomyiam, & comedit eos: * & ranam, & disperdidit eos.

Et dedit arugini fructus eorum: * & labores eorum locuste.

Et occidit grandine vineas eorum: * & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini jumenta eorum: * & possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suae: * indignationem, & iram, & tribulationem; immisiones per angelos malos.

Viam fecit semite irae suae, non pepercit a morte animabus eorum: * & jumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: * primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

Et abstulit sicut ovae populum suum: * & perdidit eos tanquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, & non timerunt: * & inimicos eorum operit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suae, * montem, quem acquisivit dextera ejus.

Et ejecit a facie eorum Gentes: * & sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitavit fecit in tabernaculis eorum * tribus Israel.

Pars autumnalis.

Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelsum: * & testimonia ejus non custodierunt.

Et averterunt se, & non servaverunt pactum: * quemadmodum patres eorum, conversi sunt in arcum pravum.

In iram concitaverunt eum in collibus suis: * & in sculptilibus suis ad emulationem eum provocaverunt.

Audivit Deus, & sprevit: * & ad nihilum redégit valde Israel.

Et répult tabernaculum Sило, * tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.

Et tradidit in captivitatem virtutem eorum: * & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum: * & hereditatem suam sprevit.

Juvenes eorum comedit ignis: * & virgines eorum non sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: * & viduae eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, * tanquam potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in posteriora: * opprobrium sempiternum dedit illis.

E E t

Et répulit tabernaculum Joseph: * & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Juda, * montem Sion quem dilexit. Et edificavit sicut unicor-
nium sacrificium suum in terra, * quam fundavit in secula.

Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium: * de post fortantes accepit eum.

Pascere Jacob servum suum, * & Israel hereditatem suam:

Et pavit eos in innocentia cordis sui: * & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Antiphona. Tu es Deus, qui facis mirabilia.

Antiphona. Propitius esto.

Psalmus 78.

Deus venerunt Gentes in hereditatem tuam, poluerunt templum sanctum tuum: * posuerunt Jerusalem in pomorium custodiam.

Posuerunt morticina servorum morum, escas volatilibus caeli: * carnes sanctorum tuorum bestis terrae.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem: * & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: * subsannatio & illisio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequò Dómine irascéris in finem: * accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in Gentes, quae te non novérunt: * & in regna, quae nomen tuum non invocáverunt.

Quia comederunt Jacob: * & locum ejus desolaverunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito accipient nos misericordiae tuae: * quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Dómine libera nos: * & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum:

Ne forte dicant in Géntibus: Ubi est Deus eorum? * & innotéscat in Nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est: * intróeat in conspectu tuo gemitus compenditorum.

Secúndum magnitudinem brachii tui: * posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: * improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Dómine.

Nos autem populus tuus: & oves pascuae tuae, * confitebimur tibi in seculum.

In generationem & generationem: * annuntiábitis laudem tuam.

Psal-

Psalmus 79.

Uti regis Israël, intende: * qui deducis velut ovem Joseph.

Qui sedes super Chérubim, * manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Exalta potentiam tuam, & veni, * ut salvos facias nos.

Deus converte nos: * & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtutum, * quousque irascéris super orationem servi tui?

Cibabis nos pane lacrymarum: * & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: * & inimici nostri subsannaverunt nos.

Deus virtutum converte nos: * & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

Vineam de Aegypto transulisti: * eiecisti Gentes, & plantasti eam.

Dux itineris iustis in conspectu ejus: * plantasti radices ejus, & implévit terram.

Operuit montes umbra ejus: * & arbusta ejus cedros Dei.

Extendit palmites suos usque ad mare: * & usque ad flumen propagines ejus.

Ut quid destruxisti macedoniam ejus: * & vindemiant

eam omnes, qui pratergrediuntur viam?

Exterminavit eam aper de silva: * & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum converterte: * respice de caelo, & vide, & visita vineam istam.

Et perfice eam, quam plantavit dextera tua: * & super filium hominum, quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa * ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexterae tuae, * & super filium hominum, quem confirmasti tibi.

Et non discédimus a te: vivificabis nos: * & nomen tuum invocábitus.

Dómine Deus virtutum converte nos: * & ostende faciem tuam, & salvi érimus.

Antiphona. Propitius esto peccatis nostris Dómine.

Per Annum. Gaudébunt labia mea, cum cantávero tibi. * Et ánima mea, quam redemisti.

Pro Anno Martyris. Glória & honore coronasti cum Dómine. * Et constans eum super ópera manuum tuarum.

Pro pluribus Martyribus.

* Latrámini in Dómino, & exultáre justí. * Et glóriámini omnes recti corde.